



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 29. Henricus de Guzman Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. tis Discalceatis Caprarolæ Cænobium, ædemque a fundamentis erexit, præventusque adjunxit, Orphanorum, & fœminarum a questu pudicitiae, ad castitatem Religiosam refugientium ædes locupletavit, Sodalitio B. Virginis Annuntiatæ, & Cænobio Parmensi ad inopes virgines dotandas erecto, non Regiensi & Lauretanæ ædi multa aureorum millia dono submitit. Præter Regiam hanc liberalitatem aliis præsuper virtutibus inclaruit, insignis proficitæ cultor, benignus in omnes, humilis, & suavis, nemini unquam injuriosus, nec facilis injuriarum ultor, cui solius beneficentiæ ambitione admittuntur in obsequium Ecclesiæ & pauperum levamen spirasse videbatur. Tandem egregius hic Princeps, Romane Curiae ac sacro Cardinalium Collegii vivum etiam post mortem prudentiæ pietatisque exemplum relinquens, Parmæ anno ætatis suæ quinquagesimo secundo ad æternitatis præmium evolavit.

§. XXIX.

Henricus de Guzman Cardinalis mortuus.

*Victor. in
add. ad
Cracon.*

Hunc pari fato sequebatur Henricus de Guzman de Haro Hispanus, qui

qui nondum expleto vigesimo primo æ- Sæc. XVII.
tatis suæ anno Canonicus primo Hispa- A. C. 1626.
lensis, postea Toletanus, ac demum
absens ab Urbano VIII. Papa, petente
Philippo IV. Hispaniarum Rege Cardi-
nalis Diaconus nominabatur. Præcla-
ræ, quibus optimæ spei juvenis effulse-
rat, virtutes Virum omnibus nume-
ris absolutum præfagiebant; impigro
enim in literis labore, ac vigiliis vastam
librorum cognitionem sibi jamjam com-
paraverat, suaque humanitate omnium
animos in se rapiebat, omnibusque
præcipue pauperibus, quorum quam-
plurimos quotidie alebat, munificen-
tia largum, benevolentia charum, of-
ficiis admirabilem, moribus mitissimum,
gratissimumque sese exhibebat: Verum
spem omnem destituit præmatura mors,
qua hic juvenis longiori vita dignissi-
mus, paucis post adeptam Purpuram
mensibus anno ætatis suæ vigesimo pri-
mo die vigesima prima Junii Madriti
vivi ereptus est.

§. XXX.

*Scipionis Cobellutii Cardinalis de-
cessus.*

Gratam sui apud Literatos memoriam *Joan. Nic.*
reliquit Scipio Cobellutius patria *Pinacoth. I.*
Viterbiensis, qui humanioribus literis, *p. 71.*
Ff 5 *Ciacon. in*
nec- vit. Paul. V.